

2
v
c
2
c
3
3
1
1



1662.

24. Stuvius, Georgius Adamus : De jure fontium
25. Stuvius, Georg Adamus : De jure ecclesiarum
26. Stuvius, Georgius Adamus : Thematum ex jure publico
et Revisionibus quibusdam in Serenissimi prae-
sidentis Sessorata eique Amoris Ducatus Saxo-
nicis praeiudicis promulgatis excerptorum
Decretis IV.
27. Stuvius, Georgius Adamus : De morte
28. Stuvius, Georg Adamus : De jure piscandi.
29. Stuvius, Georg Adamus : De spinosissima difficulti-
ssimaeque cambiorum materia
30. Stuvius, Georgius Adamus : De accrescente legato.
31. Stuvius, Georg Adamus : De dominio
32. Stuvius, Georg Adamus : }
33. ~~Stuvius, Georgius Adamus~~ } Laris Nationis et imperii delibata
et praesentem etiam respicit. Per. Ita-
lia, formam et usum accommodata.

- 33rd Stuve, Georg Adam: De jure imponematus
34. Stuve, Georg Adam: De Hergewetthe Soxa
m'ca.
- 35 Stuve, Georg Adam: De spe
- 36 Stuvius, Georg Adam: De brevi et longa manu.
37. Stuvius, Georg Adam: De quartae Felle trae
natura ejusque affinitate ac differentia cum
Tribellianica.
38. Stuve, Georg Adam: De privatis delictis et
extraord. criminibus.
- 39 Stuvius, Georg Adam: De negativa actione
40. Stuve, Georg Adam: De transactionibus.



3

3

3

3

3

3

3



2036. No. 37.
Tab. 2, 29
6
DISCURSUS ACADEMICUS
De
SPINOSISSIMA DIFFICILLI-
MAQUE
CAMBIORUM
MATERIA,

Favente Divinâ Clementiâ,

atque

Magnifici Jctorum Concilii indulgentiâ,

SUB PRÆSIDIO

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI

DN. GEORG. ADAMI Struven/

Hæreditarii in Uhlstädt/ Jcti, ac Antecessoris celebratissimi,
Consiliarii Saxonici eminentissimi, Curia: Provincialis, ut & Scabi-
natûs Assessoris gravissimi, Facultatis Juridicæ Senioris
merentissimi,

*Dn. Præceptoris atq; Patroni sui optimi,
maximi,*

In Illustri propter Salam LL. nutrice

addiem Septembr.

locò horisq; consuetis,

Publicæ Eruditorum censura expositus

à

DAVIDE Freiesleben/ Eisenberg. Osterlando.

A. & R.

JENÆ,

Literis SAMUELIS KREBSII.

ANNO M DC LXII.

17-10

17-10

DISCIPLINAE ACADEMICAE

SPINOSISSIMA DIFFICILLI

MAQVE

CAMBIIORUM
MATERIA

AVGUSTI

1714

MAGISTRI JOHANNIS DE WILHELMIS

SUB PRÆSIDIO

DOCTORUM ALEXANDRI DE WILHELMIS

DR. GEORG. ADAMI SENIORIS

Consiliarii Saxoniae emeritissimi, Curiae vovindensis, ac S. Pal.
austriacae praesidentis, Praesidentis Juridicae Senatus
universitatis

Die Praefatio

In Illustri procerum Saxoniae L. m. n. v. c.

Publicae Bibliothecae vovindensis

DAVIDE FRANKENBERGERO PUBLISCA OFFICINARIO

M. D. C. C. L. X. I. V.

LENAE

IN AEDIBUS SAMUELIS KRAUSII

ANNO M. D. C. C. L. X. I. V.





PRÆLOQUIUM.

SUMMARIÆ.

1. *Humana nature vitium.*
2. *Accommodatur Jurisperitis.*
3. *Improbatur à Leone Imperatore simulq; corrigitur.*
4. *Ratio Imperatorie correctionis.*
5. *Ratio rationis.*
6. *Jurisprudentia cur dicatur vera Philosophia.*
7. *Causa suscepta presentis disputationis.*
8. *Quæ materiam præcipue commendent.*
9. *Commendatur Cambium 1. ab utili. 2. a jucundo, 3. a difficili.*
10. *Difficilia sunt pulchra.*
11. *Res seipsam commendans non eget commendatione.*
12. *Ordo materiae congruus multum prædest.*
13. *Invocatio divina.*

Humana quamvis naturæ peculiare quasi ac proprium sit, potiorum ut nullam habens rationem, inania, & quæ nullius momenti sunt, imò plerumque, quæ præstaret ignorâsse, quam diligentissimè investigare & persequi animum inducat. Johann. Hoffmeister. in comment. ad act. Apostol. cap. i. in pr. Id quod, communes ut singulorum hominum mores actionesque nunc taceam, cum aliis, tum nostræ etiam jurisprudentiæ Cultoribus atque Doctoribus accidisse, in vulgus ferme notum est. 2. Quoties enim Viri cætera doctissimi circa inanes ac penè ridiculas quæstiones caprina prælia instituentes tempus operamque perdiderunt? v. c. *An decollatus, si reviviscat, rursus sit decollandus? cujus ova fiant, à variis galinis*

linis in eundem posita nidum? Si alterius gallina ovum pepererit,
 alterius foverit, cuius fiat pullus? An Lazarus à mortuis resuscitatus
 denuò sit baptizandus? An testamentum semel factum rumpere possit?
 An actio, & quæ ad bona sua recuperanda ei compe-
 rat? De quibus & similibus Boerius, Zasius, Corasius, Signo-
 rol. de Homodeis, & alii plus satis anxii fuere. Add. Du. Lim-
 neus tr. de jur. publ. Imp. Rom. lib. 8. cap. 6. n. 73. Finckel. lib. in
 3. pref. ad lectorem obs. pract. 3. Melius tamen sentit Imperator
 Leo, pariterque malo huic medendi nobis suppeditat consi-
 lium, Styliano sacrorum suorum officiorum Magistro in
 Nov. 46. dum ita rescribit: Quemadmodum, ut quæcunq;
 alia res in communis vitæ usum assumantur, ipsarum com-
 moditas facit, & quæ utilitatem aliquam afferunt, magni fa-
 cimus: Sic omninò & ad legalium capitum compositionem
 accommodari nos oportebit, ut quarum usus aliquis sit, quæ
 bono quòpiam Republicam beet, hæ necessariò & seran-
 tur & honorentur: quarum verò usurpatio aut nullius mo-
 menti, aut mala sit, harum non modò non ratio habeatur,
 4. sed etiam è legum corpore exemptæ rejiciantur. 4. Quid
 enim attinet, graphicè satis hæc de re difference Wesenbecio in-
 orat. de stud. jur. rellè instit. omittis, aut leviter tantum de-
 gustatis iis, quæ cognitionem habent faciliorem, usum ne-
 cessarium, in difficillimis juris illis salebris, à quibus iudicia
 nostra jurisdictiones quæ longissimè abhorrent, ingenium,
 operam, otium atque negotium omne Herculeanò quidem,
 sed inani labore, futilique *παγεργία* consumere? Meò sanè
 5. iudiciò, istic nobis cum servo Epidico nec seritur, nec
 metitur. *Plant. in Epid. act. 2. sc. 2. v. 80. 5.* Est enim scientia
 nostra practica; & scire in nostra scientia non est propter sci-
 6. re, sed propter operari. 6. Siquidem non in nuda & sola
 contemplatione consistit, atque rerum inanum & subtilium
 magis, quàm utilium disputationes persequitur; sed, quæ
 cum publicè, tum privatim humanæ societati commoda af-
 ferant, affectat. *Herm. Vultej. in prolegom. de stud. jur.* Hinc
 etiam est, quod à Jcto *Ulpiano in l. 1. §. 1. de l. & l. vera*, non
 simula-

simulata appelletur Philosophia. 7. Re ita mecum perpen- 7.
 sâ, unice in id incubui, materiam quâ utilem ac jucundam,
 nihil tamen minus difficilem eligere possem: tria enim hæc
 quamvis materiam cum primis commendare posse, nullus
 dubito. 8. Quandoquidem eò alacrius sunt inquirenda, 8.
 quorum difficultatem subleuat jucunditas, & laborem com-
 pensat utilitas. 9. Hujus autem commendationis si, qua alia, 9.
 omnino capax est de cambiis quæ tractat materia & I. qui-
 dem propter utilitatem ac necessitatem suam, quippè quæ
 nullibi non ferè terrarum exercetur, indeque frequentissi-
 mæ gravissimæque in dies occurrunt quæstiones, hinc scitu
 ac cognitu maximè erit necessaria. Deinde propter jucun-
 ditatem, objecta siquidem habet suavissima, crebram scilicet
 pecuniarum tractationem, quæ pulchra dos sunt, *Pl. in*
Epid. act. 2. sc. 1. v. 11. & animos hominum titillare, corda mi-
 rificè lætificare sacculosque implere solent. Tum propter
 difficultatem: quia subtilis ac per se intricatissima dubiisq;
 Doctorum opinionibus valdè obnubilata est, attestantibus
Ludov. Lopez. tr. de contract. lib. 2. c. 1. in pr. Job. Bapt. Lup.
in cap. naviganti de usur. §. 2. n. 2, Domin. à Soto de just. & jur.
lib. 6. q. 8. art. 1. Sigism. Scaccia tr. de commerc. §. 1. q. 2. n. 11.
 & seqq. 10. Ut autem asparagus spinosus dulcissimum fert 10
 fructum: ita ex difficilibus initiis magnâ nascitur voluptas,
 prout eleganter scribit Plutarchus. 11. Verùm cum super-
 vacuis labore impendiis, qui solem certat facibus adjuvare
 re caus. 6. q. 1. c. si omnia 7. nolo in materia hujus commen-
 datione prolixior esse. 12. Ut tamen cuilibet vel primò in-
 tuitu de certo nostræ dissertationis constet ordine, siqui-
 dem juxta eminentissimæ Justiniani nostri ad Johannem glo-
 riosissimorum sacrorum per Orientem Prætoriorum Præfe-
 ctum constitutionis 31. præfationem, etiam perperam effu-
 scæque alioquin posita, si ad competentem perveniant ordi-
 nem, & bellè disponantur, aliæ propemodùm res appa-
 rent, speciosa pro turpibus, ornata pro incultis, articula-
 tæ distinctæque pro incompotis prius & confusis: quem
 obser-

observaturi sumus, materiae hujc, uti opinor, aptissimum,
 & à Justo Mejero, ductu Ludovici Havocrenteri & Georgii
 Obrechtii, summæ eruditionis virorum in *pres. colleg. Argent.
 adjur. Stud. & Cand.* eleganter, contexta, apprime com-
 mendatum, tabulæ includemus sequenti:

Discursus de Cambiis absolvitur conspectu

Universali vel	Nominis ubi ex- plicatur	Etymologia à §. 2. ad §. 10.	} cap. 1.
		Homonymia à §. 11. ad §. 14.	
Rei, ubi	Definitio Divisio	cap. 2.	} per tot.
		cap. 3.	
} Quæstio præjudicialis, tot. cap. 4.			
Causa est vel	Efficiens est vel	Remota §. 2.	} cap. 5.
		Propinqua §. 6.	
Particulari, quò fititur	Externa est vel	Finis est	} §. 8.
		vel	
Causa est vel	Materia est vel	in qua, ubi de sub- jecto, §. 3. cum seq.	} cap. 6.
		Interna est vel	
Causa est vel	Forma est vel	Essentialis §. 16.	} cap. 6.
		Accidentalibus §. 18.	
} Effectus, per tot. cap. 7.			
} Coronis, unam atque alteram quæstionem, hanc circiter materiam non ignobilem, exhibens. cap. 8.			

13. 13. Quò autem totus noster labor pari fiat conatu atq;
 successu auspicator, divinæ benedictionis, imitamine sa-
 cratissimi nostri Imperatoris, ex l. 2. C. de off. pref. prator. au-
 xillium devotissimè imploramus.

CAP.

CAP. I.

DE

Etymologia, Homonymia & Synonymia.

SUMMARIA.

1. Nominum examinatio Jctis communis est cum Grammaticis.
2. Datur ratio.
3. Et approbatur.
4. Etymon Cambii.
5. Quæstio.
6. Prima sententia.
7. Rejicitur.
8. Altera sententia.
9. Iterum alia.
10. Deciditur remissivè.
11. Equivocum Cambii.
12. Campsoris.
13. Ripper & Wipper qui sint.
14. Eorum pena.
15. Campsorum synonyma.

Cùm Grammaticis non solum, verùm etiã Jctis verborum derivatio atque explicatio Curæ sit, satis superq; docentibus *for. tit. ff. de. & Cod. de V. S. arg. l. 1. de I. & I. l. 1. §. 1. de pact. l. 1. §. 1. de tutel. pr. Inst. de testam. §. furtum autem 2. Inst. de obl. qua ex del. nasc. l. 1. pr. ff. d. reb. cred. l. 1. Senatus 35. §. donatio 1. ff. de mort. caus. don. l. un. §. 1. ff. de offic. quæstor. l. ita vulneratus 51. pr. ad L. Aquil. l. 1. pr. in fin. ff. de novat. & delegat. l. 1. pr. ff. de furt. 2. Rerum enim intelligentia à verborum intellectu pendet. *Gell. lib. 13. c. 10.* ex quorum notione inducimur in cognitionem rei. *Donell. ad rubr. de condict. tritic. n. 2. comm. 6.* 3. Hinc etiã rectè faciurum me autumo, si, antequã ad substantialia perveniam, à nomine auspicer, & quid circa illud extrinsecus occurrat, moneam.*

4. De

4. Derivant autem *ad Cambium* à verbo, *Cambio*, idem denotante, quod Græcorum, *ἀμειβομαι*, muto, commuto, permuto. 5. Ubi tamen Doctores inter se non conveniunt, 6. barbarumne sit, an verò latinum vocabulum. 6. Latinum esse, putant *Straccha tr. de mercat. p. 1. n. 67. & 68. tom. 6. Domin. à Soto tr. de just. & jur. lib. 6. q. 8. art. 1. Contr. Rittersh. in parat. feud. lib. 1. c. 7. n. 14. & l. 2. c. 3. n. 22.* opinionem hanc 7. stabilientes ex *Prisciano lib. 10. c. 2. & Ennio lib. 10. 7.* Verùm ex neutro alleg. loco, uti mihi videtur, dicta sententia satis consolidatur; siquidem nominis, *Cambii*, ne verbulò quidem, sed verborum tantùm, *cambire & campfare*, inibi sit mentio. Quæ utraque num politioris sint latinitatis, tantùm abest, ut ambigi queat, ut potius tum inde, tum ex *Apuleo in Apol. 1.* ita dicente: Ego adeò, servos tu an habeas ad agrù colendum an ipse manuaras operas cum vicinis tuis *camparias*, neque scio, neque laboro, firmissimè concludatur. 8. Contrarium qui asserunt, quos inter sunt *Petr. Aug. Morla in empir. jur. part. 1. tit. 8. q. 25. n. 37. Covar. tr. de vet. collat. numism. c. 7. subn. 4. vol. 1. Janua tr. de privat. script. lib. 3. tit. de lib. camb. q. 2. n. 3. 4. & 5.* Illud à Gothis & Longobardis adinventum, & ab Italis atque Hispanis receptum esse, ajunt, suumque assertum probant, tum ex textibus: *I. F. 4. §. cum autem 2. si de invest. feud. contrav. fuer. I. F. 22. vers. si quis simil. intr. ann. & mens. non pet. invest.* tum ex ratione; quamvis enim, inquit *Janua, d. loc.* in Foro Romano frequentissimi essent argentarii, nummularii, trapezitæ vel mensarii fide publicâ deputati ad gerenda negotia & instrumenta, per *xxx. juris & Doctores* benè multos ibi citatos; *Cambium* tamen ipsum, & sic etiam *campfores* minimè agnoverunt. Quibus etiam adstipulantur *Andr. Tiraquell. cum latine, inquit, tr. de retract. lign. §. 30. gl. 1. n. 1.* loqui volumus, *cambium* appellamus permutationem. & *Gerh. Joh. Vossius de vitius ferm. lib. 1. cap. 18. p. 25. & lib. 3. c. 3. p. 367.* et si verò *cambire* pro commutare, rectum videatur, *cambium* tamen non dixerò: sed vel commutationem pecuniæ, aut permu-

permutationem; vel collybum cum Græcis. 9. *Mich. Sal.*
antem ad *D. Thom. 2. 2. post. q. 78. in Disp. de camb. q. 1. ar. 1. n. t.*
tom. 2. distingit: vocem hanc non quidem usitatam esse apud
Ciceronem, Quintilianum & alios candoris & elegantia latinæ
studiosos; sed tamen eam habere alios auctores. latini
quoque sermonis peritos. 10. Equidem cum nihil haftenus
certi apud ullum vetustioris latinitatis gnarum autorem
hâc de re mihi videre licuerit, iis, qui minimas quasque
voculas critica falce amputare assolent, hanc rem dijudican-
dam relinquo, sensum interea, non vana nominum vocabu-
la amplecti desiderans. *l. receptitia 2. §. & neminem 1. C. de const.*
pecun. 11. Ulterius sciendum, cambium duplicis esse signifi-
cationis: (1.) Civilis & juridicæ (2.) physicæ ac medicæ. Hâc
unus ex quatuor humoribus, qui in gluten cambitur seu
mutatur, indigitatur. Cui significatui, cum nostræ neque
sit curæ, neque cathedræ, immorari, rem parùm juvabit.
Interim si quibus allubescit, de ejus indole latius tractantes,
evolvant *Rudolph. Goelen. Lex. Philos. Keckermann. lib. 9. phys.*
cap. 12. Johan. Magur. lib. 5. physiol. cap. 7. Dan. Sennert. Inst.
medic. l. 1. cap. 9. Avicenn. lib. 1. Fen. 1. doctrin. 4. & centum ali-
os. Illâ in genere, quævis cujuslibet rei cum alia permutatio
l. naturalis 5. §. & si 1. de præscr. verb. Sive ejusdem, sive diversæ
sit speciei. v. c. si togam do, ut tunicam accipiam, *l. 1. §. 1.*
ff. de contrab. emt. Si vinum pro oleo, & oleum pro vino, vel
quid aliud commuto, *l. cum hi 8. §. si cui 24. ff. de transact.* Si
fundum tradam, ut domum recipiam, *l. quoniam 5. C. de rer.*
permut. In specie verò & secundum modernum usum, qui in
omnibus obtinet ac prævalet, *c. quamvis 9. X. de V. S.* Siqui-
dem non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu
nomina exaudiri debent. *l. labeo 7. §. servius 2. ff. de supellect.*
Leonh. Less. de just. & jur. lib. 2. c. 3. dub. 1. n. 1. & seqq. 12. Pari-
ter etiam Campsores bifariam communiter sumuntur, ita,
ut vel bonô, vel malô insigniantur titulô. Priores sunt, qui
paratas habent pecunias vel ad permutandum (sine fraude

B

tamen

eamē ac dolo) minores pro majoribus, & vice versā, majores pro minoribus; vel ad transcribendum aliò receptas,

13. æquò utrinque interveniente præmiò. 13. Posteriores verò, quos odiosò atque insensò istò nomine, **Ripper und Wipper**/persequimur, sunt ii, qui probā nobiliq̄ue monetā cum ejus adulteris pro reprobis nummis permutatā, hos maximò cum Reipublicæ damno expendunt, sibiq̄ue exinde lucrum acquirunt uberrimum. Welche da vor gut und schwer Geld falsche Münze auffwechseln / oder sonst an sich bringen / und wiederum gefährlich und böshafftiglich dem Nächsten zu mercklichem Nachtheil ausgeben. 14. Quorum perniciosissimum hominum genus non solum universas olim suas facultates amittebat; sed etiā omni dilatione submotā, flammarū exustionibus mancipabatur, uti liquet ex Const. Constantini in *l. si quis 2. C. de fals. monet.* Quæ posterior pœna per neminem criminalem Carolinam *art. iii.* ejusmodi homines furaces jure meritoq̄ue etiamnum hodiè expectat. De quibus tamen latius hîc

15. agere, nostri non est instituti. 15. Denique *notandum*, Campsores non unis, sed multis variisque, idem tamen, cum grano salis si acceptentur, significantibus, tum in diffusissimo juris nostri corpore, tum in aliis probatoris notæ scriptis, salutarî nominibus; quorum maximam partem si adjungamus hîc, incassum non laborabimus. Dicuntur autem (1.) Argentarii, *tot. tit. ff. de edend. l. cum duobus 52. §. cum duo 5 pro soc. & passim.* Qui majores erant negotiatores, publicā autoritate ad id constituti, ut pecunias fœnori darent, & aliis pecuniam fœnerari volentibus operam darent. *Dn. Fmrtzk. p. m. tit. de edend. n. 18. Nobiliss. Dn. Preses Ex. 6. th. 44.* (2.) Argentarii coactores, *l. Stichon 40. §. argentarius 8. de stat. lib.* (3.) Argenti distractores, *l. receptitia 2. §. bis 2. C. de const. pec. l. super 27. pr. C. de pignor. l. un. C. negotiat. ne milit.* (4.) Argentariæ mensæ exercitores, *l. prator. 4. in pr. ff. de edend.* (5.) *Ἀργυροπράται* N. 136. (6.) *Ἀργυρογνώμονες*, *Jul. Poll. lib. 3. onomast. c. 9.* Qui sunt Inspectores exploratoresq̄ue monetæ, an proba, locabilis & cujus sit pretii, *Add. Wefenb. in parat.*

ad tit. C. de edend. n. 4. (7.) Argenti venditores, l. si cobortalis
 12. § sed etiam 3. C. de cobortal. lib. 12. (8.) Bancarii, Gallicè
 banquiers, Petr. Gregor. de usur. lib. 2. c. n. 1. unde banquesal-
 liti, argentariæ mensæ everfores, quos Galli banquerou-
 tiers appellitant, Latini, foro cedentes, l. si hominem 7. §.
 quotiens 2. ff. depos. l. si debitor 5. ibiq; Gothofr. ff. de curat. bon.
 dand. De quibus illud Plautinum in curcul. a. 3. f. 1. v. 1. 2. 3.
 & 4. verissimè dici potest: Si subducunt ratiunculam, quan-
 tum æris sibi sit, quantumque alieni: Divites sunt si non red-
 dunt eis, quibus debent: Si reddunt illis, quibus debent.
 plus alieni inest. (9.) Ceramatistæ Jobann. 2. v. 14. Cujac lib.
 4. obs c. 14. (10.) Coactores, Horat. 1. ferm. Satyr. 6. v. 86. (11.)
 Collectarii, l. quisquis 16. ibiq; Gothofr. C. si cert. pet. Symmach.
 in epist. 28 ad Theodos. (12.) Collybistæ, Matth. 21. v. 12. Marc.
 11. v. 15. Jobann. 2. v. 15. (14.) Danistæ, Plaut. in Epidic. a. 1. f. 1.
 v. 51. & 53. (14.) Mensarii, Sueton in vita Augusti c. 4. & Liv. lib.
 7. c. 21. & lib. 33. c. 21. (15.) Mensularii, l. emptor. 47. §. Lucius, 1.
 ff. de pact. l. si ventri 24. §. in bonis 2. ff. de reb. auct. jud. poss. (16.)
 Nummularii, l. quadam 9. §. 2. ff. de edend. l. emptor, 47. §. Luci-
 us 1. vers. quæsitum est, ff. de pact. l. si hominem 7. §. quotiens 2. ff. de-
 pos. l. si soluturus 39. ff. de solut. (17.) Trapezitæ, Matth. 25. v. 27.
 l. si cobortalis 12. §. sed etiam 3. C. de cohort. Plaut. in curcul. a. 3. f. 1.
 v. 36. Afin. a. 2. f. 4. v. 32.

CAP. II.

De

Definitione.

S U M M A R I A.

1. Continuatio.
2. Definitionis utilitas.
3. Cambium an sit contractus nominatus.
4. Neg & ad dub. respondetur dupliciter.
5. An sit emptio venditio?
6. Neg. per rationem.
7. An sit mutuum,

B 2

8. Neg.

8. *Neg. per rationes.*

9. *An sit locatio, vel depositum? Neg.*

10. *Vera cambii definitio.*

11. *Definitionis expositio.*

12. *Iustum pretium quid dicatur.*

1. **T**Raditâ in priore capite nominis definitione, ut potè
cujus prior habenda erat ratio *arg. l. 1. de 7. & 7. Rein-*
king. de regim. sec. & eccles. lib. 1. class. 1. c. 1. n. 1. ad ipsam nuac
2. definitionem rei meritò nos vertimus. 2. Ejus enim ope ver-
ritas ignota in lucem protrahitur. *Albert. Magn. lib. de prædi-*
cabil. §. divisio autem & c. & ceu oculus vim nostræ rationis
mentisque conceptus breviter monstrat, referente ex Atha-
nasio Breulao in tr. de renunciat. pr. Hinc etiam absque defini-
tione doctenti idem, quod cæco viatori, hinc inde erranti, ac-
3. cidere solet *Sebast. Medic. in tr. de venation.* 3. Variè autem ac
miserè Doctores se torquent, per alterutrum, nominatum sc.
an innominatum contractum definiendum sit cambium,
ad eò, ut tot fermè eorum sententiæ, quot capita reperiantur.
(1.) enim *Petr. Gregor. de usur. lib. 2. c. 2. n. 6. Laurent. de Ru-*
dolph. tr. de camb. in fin. Mich. Sal. g. 2. de Camb. Raph. de Turr.
disp. 1. q. 10. n. 18. & seqq. Nicol. de Passer. lib. 3. quest. quamam
scilicet. pro lit. camb. conced. de script. priv. Bernb. Greve lib. 2. concl.
37. in sua Coron. n. 3. & alii, opinantur, esse contractum nomi-
natum, propter nomen, cambii, quod habet speciale, & dif-
ferentiam suam specificam, quâ unâ ab altera distinguitur
obligatio, & totum esse rei dependet. *l. Julianus 9. §. sed si 3.*
4. *ff. ad exhib.* 4. Verùm *Bz.* (1.) cum *Nobilissimo Dn. Habnio ex ob-*
serv. ad tit. de præscr. verb. n. 3. pag. 1085. quòd non sit proprium
& speciale, sed vulgare, generale & commune, exemplò per-
mutationis, nomen, in nuda appellatione conventionis
dandi pecuniam pro pecunia consistens, non determinatum
ad certum dandi modum. *l. juris gentium 7. §. sed & 2. ff. de pass.*
Pari igitur absurditate cambium, quâ permutationem, con-
tractum nominatum dixeris. (2.) *Bz.* concedendo, per diffe-
rentiam specificam unum ab altero distingui contractum, id
quod

quod de nostro etiam verum esse dicimus, nim. diffinictus est
ab emptione venditione, locatione, diversus à deposito,
mutuo &c. inde verò non sequitur, quòd sit contractus no-
minatus. Quin potius contrarium ex JCro Juliano, uti mox
ostendetur, asserendum venit: quoties enim contractus exi-
stunt, eorum que appellationes nullæ jure civili proditæ sunt,
innominatis sunt accensendi. *l. in quam 3. ff. de præscr. verb.*
Non igitur contractus forsitan nomen sibi conveniens ex usu
sortitus, statim nominatus dici potest, sed juris insuper æsti-
matio accedere debet. *Vultej jurispr. Rom. lib. 1. c. 41. p. m. 218.*
5. (2.) Quidam cambium pro contractu emtionis venditio- 5-
nis venditant, quos inter *Johann. de Anan. in c. ult. naviganti,*
n. 46. & 47. de usur. Fabian. Genuens. part. 2. cap. 5. n. 56. de camb.
Cajet. tom. 6. part. 1. c. 6. & 7. de camb. quorum rationes, cum
proxioris hinc forent repetitionis, juxta cum sua approba-
tione, vide apud *Sigism. Stacciam §. 1. q. 4. à num. 21. ad n. us-*
que 37. inclusivè. 6. Quod tamen assertum, si non aliam, vel 6.
hanc unicam ob rationem, æquè videtur improbandum,
quòd ad emtionem venditionem pretium & merx, ceu sub-
stantialia requirantur: in contractu verò cambii, quando una
pecunia pro alia cambitur, vix, ac ne vix quidem dignosci
poterit, quamnam sit merx, quodvé sit pretium. *l. 1. §. 1. vers.*
sed verior, in fin. de contrah. emt. cum utrinque sit pecuniæ
æqualis emendi aptitudo. *Ant. de Rosell. rr. de usur. tom. 7. n. 43.*
7. Nisi sequiorem, at certè non meliorem (3.) sequuntur opi- 7-
nionem *Hier. de Luca tom. 6. part. 1. n. 30. & seq. de camb. Me-*
din. in suis tract. tom. 2. q. 6. tit. de reb. per usur. acquis. statuen-
tes, cambium esse mutuum. Quàm verò totà aberrent viâ,
subsecuturæ inter alias manifestabunt differentiæ. 8. Est enim 8-
mutuum (1.) contractus stricti juris. §. actionum autem 28. §.
de act. Vultej comm. Inst. ad tit. de verb. oblig. n. 3. Cambium
verò bonæ fidei, utpotè in quo proceditur de mera æquita-
te, omiſſis solennitatibus & apicibus juris. *Bart. in l. si fide-*
jussor 29. §. 4. ff. mandat. Bald. in l. si pro ea 10. C. eod. æquipa-
ratur enim curia mercatorum curiæ ecclesiasticæ, ubi proce-
ditur

dicitur de æquitate Canonica. *Robert. Marant. in spec. suo aur. part. 4. dist. 9. n. 48 de judic. ordin. & summar. p. 226* Demòdè differentia eminet ex diversis mutui & cambii objectis: Cambium enim in sola pecuniæ permutatione versatur: mutuum verò circa omnes res fungibiles, quæ pondere, numero & mensura consistunt, occupatur. *l. mutuum 2. §. 1. ff. si cert. pet. (3.)* finis, ex quo tamen contractus distingui debent, *Anton. Merenda lib. 25. tit. 3. n. 14. de camb. nund.* est diversissimus: mutui enim dationis finis est, ut accipientis fiat, ejusque ad utilitatem adhibeatur; Cambii verò, ut pecunia camforis operâ trajiciatur alibi que recipiatur, & sic remittens oneri atque periculo transvehendæ pecuniæ eximatur. *Honoratus Leotardus in libr. singular. de usur. & contract. usur. coerend. 9. quest. 25. n. 36. & 37. pag. 159.* 9. Plures differentias, aliorumque Doctorum sententias, locationis modò, modò depositi, modò aliis contractibus cambium malè annumerantium, 10. lubens prætereo, ne paginæ nimium excrecant, 10. His ita excussis, cum *Amplissimo Dn. Praside Ex. ad π. 25. ib. 40. Ferdinand. Vasq. contro. lib. 6. q. 40. n. 6. & 9. Laurent. de Roman. p. 3. col. 2. q. 1. de usur. Rota Gen. decis. 32. n. 5* cæterisque horum sequacibus, cambium innominatis accensere contractibus, & modò sequenti describere potiùs, quàm definire, haud vereor: nimir. *Cambium est contractus innominatus, in permutatione pecuniæ unius loci cum pecuniæ alterius loci æquivalente, justò*

II. quodam interveniente præmiò, consistens. II. Dicitur autem (1.) contractus, quia ultrò citroque inter cambientem & camparium oritur obligatio. *l. labeo 19. ibiq. Gædd. de V. S. (2.) contractus innominatus, quia vulgare, usitatum, l. nam cum 2. ff. de præscr. verb. & à lege impositum l. in quam 3. eod. deficit nomen. Describitur (3.) per commutationem pecuniæ cum pecuniâ; quò ipsò à generali permutationis contractu distinguitur. Additur (4.) æquivalens, ad differentiam mutui, utpotè in quo non sufficit, si reddatur æquivalens, sed præter id requiritur, ejusdem ut generis sit atque bonitatis. *l. cum quid 3. de reb. credit. pr. Inst. q. in. re contrah. obl. (5.)* Desiderantur diversi loci, qui*

qui aded sunt necessarii, ut, iis non attentis, substantia cambiorum periclitetur, & faciliè in alium mutetur contractum. (6.) Debet intervenire *merces* quædam propter onera expenlarum & periculorum, quæ cambiores sæpè numero gerunt, ne propriis impensis in aliorum operari commodum, necesse habeant (quæ de re infra *cap. 4. n. 15. 16. 17.* fufius) & quidem *justa*, ne usuræ naturam induat. 12. Justum autem 12. pretium iudiciò prudentium illud censetur, quando quis non amplius capit, quàm sit illud officium, quod alteri præstat. *Cardin Mantic. de tacit. & ambig. conven. lib. 25. tit. 3. n. 14. vers. nam multis modis Philipp. Faber. quest. 2. diss. 47. n. 271.*

CAP. III.

DE

Divisione,

SUMMARIÆ.

1. *Continuatio, quâ simul divisionis utilitas exprimitur.*
2. *Cambium dividitur in publicum & privatum,*
3. *In manuale & locale.*
4. *Questio.*
5. *In purum & mixtum.*
6. *In reale & siccum.*
7. *Siccum unde dicatur.*
8. *Illustratur per exempla.*
9. *Cambium siccum sine fructu exercetur.*
10. *Questio.*
11. *Ultimò dividitur in regulare & irregulare.*

Definitionem proximè insequitur divisio, ad naturam rei cuiusque demonstrandam comprimis conducens. *Vgl. Zwickem, ad rubr. Inst. de hered. qual. & diff. facilemque ac commodam percipiendi viam aperiens §. sed non usque 3. Inst. de legat. à variis varia excogitata Doctoribus. 2. Sic alii Cambia dispartunt in publica & privata. Publica vocantur, quæ à Cambioribus publicâ autoritate constitutis exercentur: olim mensa publicæ, hodiè banca dicta & in ampliori-*

amplioribus ac celebrioribus orbis urbibus nundinarum in-
 star usitata, in quibus nummi non secus, ac alie merces pro
 cuiusque indigentia comparari possunt. *Job. Bapt. Scottia in*
select. Pontific. constit. epit. 107. Theorem. 282. Privata sunt,
 quæ à quolibet mercatorum sine differentia exerceri que-
 unt. 3. Alii (2.) dividunt Cambium in *minutum* seu *manuale*,
 (*mannense*) & *locale* s. *per literas* (aliis etiam *trajectivum*, vel
translativum dictum.) Illud est, quando minutiores nummi
 cum majoribus vel pretiosioribus, & contrà, prout cuiusque
 commodum effligat, *ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα*, de manu in ma-
 num permutantur. Et in hoc primario intenditur, ut pecunia
 unius generis, cum alia alterius generis commutetur. Hoc:
 quando pecunia præsens cum absente (sive campfor eam
 prius accipiat, sive prius solvat) & sic de loco ad locum,
 virtute literarum, permutatur; ubi non requiritur, sicut in
 4. priore, pecunias diversi intervenire generis. 4. Verùm hæc
 occurrit quæstio: An scriptura sit de essentia cambii? Quam
 rectè negat *Saccia cum Novarro. §. 1. q. 5. n. 10. & 13. de com-*
merc. Est enim scriptura tantum velut symbolum, per quod
 solutio mandatur vel petitur, ne numerans vanè pecuniam
 numerasse putetur. *Franc. sypmann. tr. de jur. marit. & naut.*
part. 4. cap. 8. n. 41. pag. 177.. Nec quicquam refert, per lite-
 ras num fiat, an per nuntium, modò fides habeatur mercato-
 ri. *Scaccia d. loc.* Quamvis rationem à Scaccia ex iustitia peti-
 tam non approbârim, siquidem non quæritur, an sit de ju-
 stitia, sed an sit de substantia cambii. 5. Alii (3.) distinguunt
 in *purum* & *impurum* seu *mixtum*, quod utrumque affinem
 6. cum manuali ac literali habet definitionem. 6. Alii (4.) in
 reale & siccum. *Reale* dicunt, quod realiter subiectum &
 substantiam habens, nullâ mutui interveniente consideratio-
 ne, per literas exercetur. *Siccum* autem: quod subiecto &
 iustitiâ caret, & solum temporis compensationem quarens,
 7. *purum* putum usurarium olet contractum. 7. Ita autem à
 Doctoribus dictum, quod sterile sit, vel esse debeat. Ut enim
 terra, quæ sicca est, & omni humore caret nihil producere
 valet:

valet: ita hoc cambii genus sterile est, neque recipit accessi-
ones, nisi usurarias. *Leotard. d. q. 25. n. 41. de usur.* Vel se-
cundum explicationem *Johann. Gryphindri, econom. legal.*
lib. 1. c. 26. n. 85. pag. 754. non quod sit siccum, id est, sterile
& humore carens ad fructificandum campfori, is enim satis
inde lucratur; sed quod iustò titulò ad legitimos proferren-
dos fructus sit destitutum, merum figmentum cambii, & pal-
liatum mutuum usuris refertum in se continens. 8. V. g. si cui
datur pecunia Francofurti, reddenda Amstelodami, isque
simulatè conficit literas eò mittendas, verè tamen ac reali-
ter, ubi data fuit, eam soluturus. Vel: quando quidem literæ
ad locum quendam mittuntur, ubi tamen campfor nec pec-
uniam, nec factorem, quo cum exerceat cambium, ha-
bet, vel habere potest, sed procuratorem duntaxat eà fini à
se constitutum, ut pecuniam cum cambio acceptam, cum
recambio solvendam ad alium transmittat locum. 9. Et ex
hoc cambio, tanquam turpissimo solutionis commento,
spurcissimoque scenoris amiculo, *Paul. Comit. lib. 3. cap. 15. §*
16. & ipsi iuribus damnato contractu, *Const. Pii V. lib. 7. decre-*
tal. de camb. nihil quicquam, quamvis, ex reliquis omnibus,
potest exigi. *Rot. Gen. decis. 37. n. 11. Scacc. §. 1. q. 5. n. 101. & seqq.*
Dn. Joh. Marg. lib. 2. c. 12. n. 27. de jure mercat. & Autores ibi
citati. 10. Oppidò hîc quæstio incidit: si dubius occurrat
casus, ex quo discerni facillè non queat, contractumne fue-
rit reale, an siccum cambium, pro quonam sit judicandum?
R. pro reali: semper enim in dubiis benignior sententia
preferenda est. *l. semper 56. de R. 7. l. semper 9. cod. &*, quæ
dubium est, quò animò fiant, in meliorem partem interpre-
temur. *c. estote. 2. de R. 7. in 6.* nec dolum præsumitur, sed ex
iudiciis perspicuis probari convenit. *l. dolum 6. C. de dol.*
mal. 11. Alii denique hanc dederunt divisionem, ut alia sint
feriarum s. nundinarum, aliter *regularia* dicta, alia *platearum*
s. extra nundinas, aliò nomine *irregularia*. *Ista in nundinis*
solenniioribus mercimonialibusque conventibus certâ lege
ac methodò circumscripta tractantur. Illa extra nundinas,

C

vcl

vel in locis, ubi nullæ penitus celebrantur nundinæ, pro lubitu à mercatoribus exercentur. Verùm quid de singulis hisce sentiendum sit divisionibus, iudicio cuiuslibet relictum esto.

CAP. IV.

Ubi dubiosa proponitur questio.

SUMMARI A.

1. Cambium sine licitum?
2. Hypothesi.
3. Rationes dubitandi desumptæ ab autoritate Salvatoris:
4. Apostolorum:
5. Ecclesiasticis:
6. Ab ipsa natura Cambii.
7. 8. Pecunia:
9. Iustitia commutativa:
10. 11. 12. 13. Usurarum omnibus juribus vetitarum:
14. Finis illiciti.
15. Rationes decidendi petita à cambii necessitate atque utilitate:
16. Cur à atque industriâ:
17. Periculò:
18. Sumtibus:
19. Concluditur argumentò generalì.
20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Responsiones ad rationes dubitandi continentur.

1. **N**on ineptè fortassis hîc præjudicalem istam & à Dd. mi-rè-vexatam quæstionem, antequàm latiùs digressum faci-amus, inferemus, & ut veritas eò magis, sicuti lapidum col-lisione ignis, eliciatur, *Scal. Ex. 308.* in utramque partem ven-tilabimus: *Cambium an sit licitum, nec ne?* 2. *Hypoth.* Quæstio-nem hanc non minùs de ipsa Cambii arte, quàm de lucro ex
3. ea proveniente intellectam volumus. 3. *Rat. dubit. sunt* (1.) Quòd ipsi Deo negotiatio campforia sit in visa: Ita enim le-gitur *Matth. 21. v. 12. καὶ ἔειπεν αὐτοῖς τὸν κολλυβιστὸν κατέ-*
589ψ52

spei, & mentas mensariorum evertit. 4. (2.) facit exem- 4
 plum Petri & Matthæi. Ille conversus ad piscationem rever-
 sus est: hic ad telonium nunquam, benè observans istud:
 quæ ad peccatum implicat, ad hæc, necesse est, ut post con-
 versionem animus non recurrat. c. negotium 7. de pœnitent.
 distinct. 5. 5. (3.) Quia difficile exiit negotians à dece- 5
 ptione, & non justificabitur caupo à peccatis labiorum. Ec-
 clesiast. 26. v. 28. 6. (4.) Quòd cambiùm sit mutuùm; mutu- 6
 um autem debeat esse gratuitum, & nihil ultra sortem ex eo
 percipi, præcipiente jure tam divinò, quàm humanò Luc. 6.
 v. 25. l. rogasti 11. §. si tibi i. ff. de reb. cred. 7. (5.) Pecuniæ per ar- 7
 tem camporiam proprius detrahatur usus, quippe quæ non
 suæ ipsius, sed aliarum rerum est pretium. Arist. 1. pol. 6. l.
 origo 1. pr. de contrab. emt. 8. (6.) Planè contra naturam pe- 8
 cuniæ, tanquam rei per se sterilis est, fructum gignere, Arist.
 1. pol. 6. §. 8. 9. Quicumque (7.) contractus est contra iusti- 9
 tiam commutativam, ille improbus censetur atque illicitus:
 Sed pro cambio aliquid accipere, est contra justitiam
 commutativam, E. Major evidens est ex eo, quòd omnes
 contractus justitiâ correctoriâ seu commutativâ; æqualita-
 tem servante in iis, quæ ad cives singulos peculiariter in so-
 cietate civili spectant, Arist. 5. Eth. 4. 5. 7. & 8. juvari ac
 mensurari debeant. Minor verò itidem manifesta est: acci-
 pere enim aliquid pro cambio, nihil est aliud, quàm accipe-
 re ultra valorem rei mutuo datæ: Contra justitiam autem
 commutativam omninò est, in rei unius commutatione pro
 alia plus exigere, aut accipere, quàm res valeat, quippe quæ
 naturâ ita est comparata, ut æqualitatem in commutatio-
 nibus constituat, ne alteruter contrahentium plus mali &
 minus boni sentiat. Arist. 5. Eth. 7. 10. Imò, quicquid ultra 10.
 sortem petitur, usurarum venit nomine: quàm contrariæ
 autem omnibus istæ sint juribus, breviter monstratum dabo.
 11. (1.) enim juri divino aded sunt exosæ, ut inter mortalia 11.
 referantur peccata, uti ex Ezechiele 18. trinâ vice repetitum
 vers. nimir. 8. 13. & 17. perspicuè licet videre. E contrario

- autem ab iis qui se abstinere, dicitur habitare in tabernaculo domini, & requiescere in monte sancto eius *Psalm. 15. v. 5.*
12. Nec majori (2.) in pretio habentur apud sacros Canones, siquidem eas exercentes non solum ad communionem altaris non admittuntur, ac minus Christianam accipiunt sepulturam. *c. quia in omnibus 3. de usur. c. quanquam 2. in 6. eod.* Verum etiam tanquam heretici puniuntur. *Clement. ex gravi un. de usur. s. ult. 13. (3.)* Jure etiam seculari videntur vetitæ. Ita enim Justinianus in *l. cognoscere 7. S. sequentes 4. C. de summ. Trinii* dicit: Se in omnibus sequi Concilium Nicensem, & in *Nov. de Ecclesiast. tit. 131. c. sancimus 1. sancit*: Canones dicti Concilii pro legibus esse habendos. Jam verò in isto Concilio usuras fuisse interdictas, docet *c. quoniam multi 2. 24. dist. 47. S. c. quoniam 8. c. 14. q. 4. E. 14.* Accedit ultimò illicitus atque damnabilis cambii finis, infatiabilis videl. colligendi thesauros cupiditas, parum curans utilitatem rei-
15. publ. cujus gratiâ primariò fuit inventum. 15. *Rat. decid. (1.)* est necessitas atque utilitas rei publ. inde promanans, juxta Const. Pii V. Pontificis de cambiis sancitam, quæ tantâ est, ut si cambia cessarent, omnia penè mercaturæ officia dissiparentur ac destituerentur, prout ex *Navarro Sigism. Scaccia re- 16. fert. §. 1. q. 6. n. 14. in fin. tr. de commerc. 16. (2.)* est cura atque labor, quem campsores in negotiatione campsores adhibere, necesse habent: dignus autem est operarius mercede suâ, *1. Tim. 5. v. 18.* cum labor non minoris, quàm ipsa pecunia æstimetur, *l. societates 5. §. societas 1. ff. pro soc. l. si non 29. pr. S. 17. §. 1. eod. 17. (3.)* est periculum, quod terrâ marique ob bellorum rabiem, ac piratarum latronumque incursum, maris furorem atque nautarum perfidiam coguntur sustinere. Periculorum autem pretium est. *l. periculis. ff. de naut. fen. hinc remuneranda sunt, quin etiam hortanda præmiis. l. semper. 18. §. §. negotiatores 3. ff. de jure immunit. 18. (4.)* Pensiones atque salaria, quæ expendunt in conducendis aliis, & longè difficilis sæpè locis, famulis, ministris atque factoribus. Non autem potest, qui ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia.

Novo

Nov. de argent. ar. contract. 136. c. in super. 5. in fin. Imò iniquum
esset, ut quis expensas, periculum, operam & sudorem gra-
tis ad aliorum poneret utilitatem. *Hier. de Luca tom. 6. part.*
1. n. 21. verb. pro decisione, tr. de camb. siquidem nemini officium
suum damnosum esse debet. *l. sed si quis 7. ff. testam. quemad-*
modum aper. 19. Et ut (5.) paucis multa complectar, pro de-19
cisione generaliter ita argumentor: Quicquid nec jure Di-
vinò, nec Lege Cæsareâ, nec Constitutione Pontificiâ, nec Re-
cessibus Imperii, nec Ordinationibus Provincialibus, nec
Consuetudine prohibitum est, concessum ac licitum aestima-
tur. *l. nec non. 28. §. quod ejus 2. ibique Gl. ff. ex quib. caus. maj.*
Atque prius de cambiis verum est, E. 20. Ad rationes du-20
bitandi R. ad (1.) quod Christus *Matth. 21.* non ideo men-
sas mensariorum everterit, quasi cambia, ceu artem ac nego-
tiationem illicitam odio habeat, sed quòd in templo non
sint exercenda. Scriptum est enim: *Domus mea domus*
orationis vocabitur. Esa. 56. v. 7. Jerem. 7. v. 11. 21. Ad (2.) R. 21.
Quòd istud exemplum non sit obligatorium ad negotiatio-
nes minùs exercendas, sed saltim monitorium, in iis ut cau-
ti simus, quæ facilem sistant peccandi occasionem. 22. Ne-22
que textus ex *c. 7. de penitent.* adductus obstat: Siquidem ars
campforia ad peccatum non implicat, sed artifex ipse, dum
iniquè eam exercet. 23. Ad (3.) R. quod illa nihil contra 23
nos inferat: loquitur enim Ecclesiasticus ibi de negotiante,
non de negotiatione, de qua tamen quaestio est. 24. Ad 4. 24
R. negando, quòd cambium sit mutuum, uti ex differentiis
superiùs *cap. 2. n. 8. & 11. expos. 4.* adductis patescit. 25. Ad (5.) 25
R. concedendo quidem, proprium ac primarium usum pec-
unia per negotium campforium inverti, remanere tamen
eidem alium, nempe improprium & secundarium, quem
etiam aliis in rebus occurrere, non insolens est. 26. Ad (6.) 26
R. distingv. inter fructus, quorum alii naturales alii ci-
viles sunt: Licet pecunia naturales non pariat, quòd ta-
men minùs civiles producat, nihil impedit: usura enim
non naturâ pervenit, sed jure percipitur. *l. si navis 62. ff. 27.*
de R. V. 27. Ad (7.) R. inficiando utramque præmissarum.

Non enim, quantum ad majorem, in omnibus negotiis civilibus attenditur proportio arithmetica, quemadmodum vel ex unico societatis contractu perspicere licet, in quo non arithmetica, sed geometrica observatur aequalitas. vid. *Excell. Dn. Praeses Ex. 1. th. 27.* Neque de minoris satis constat veritate; siquidem pro cambio quando aliquid accipitur, non fit propter commutationem unius rei cum alia, sed potius propter laborem, industriam, periculum atque impensas. De quibus *rationes decid. 2. 3. & 4. b. cap. inspicere queunt.*

28. 28. Ad txx. pro jure Div. & Can. *th. 11. & 12. alleg. R.* quod illi loquantur de usuris illegitimis, mordacibus, turpibus & dilectioni proximi adversantibus. 29. Quò ipso responsò etiam legibus ex jure Civ. adductis, ejusmodi usuras æquè taxantibus, & in hoc Concilium Nicenum approbantibus, factis fieri potest. Add. *l. improbum 20. C. ex quib. c. inf. irrog.*

30. 30. Ad ult. *R.* quod ista inexplebilis ditescendi cupiditas non fit finis cambii, neque ex natura ejus proveniat; sed oritur ex abusu & vituperabili cupidine camporis. Vitium igitur non in cambio, sed in cambiente residet, eique impudandum est.

CAP. V.

De

Causa efficiente & sine.

S U M M A R I A.

1. *Continuatio.*
2. *Causa sunt duæ.*
3. *Externæ quæ sint?*
4. *Causa efficiens remota quæ sit cambii?*
5. *Origo cambii.*
6. *Quæ causa efficiens propinqua sit?*
7. *Finis cambii duplex est.*
8. *Primarius qui sit?*
9. *Qui secundarius?*
10. *Optimò jure aliquid pro cambio accipitur.*

Ventilatis definitionibus ac divisionibus, ordine ita po-
scente, ad causas nunc erit perveniendum. 2. Sunt autem
istæ, seu constat, vel externæ, vel internæ. 3/ Externas con-
stituunt efficiens & finis. 4. *Efficiens* iterum est vel remo-
ta, vel propinqua. *Remotam* Cambiorum causam efficientem
necessitatem esse dicimus: cum enim pecuniis non solum, ubi
vivimus, sed etiam alibi, & sæpe numero remotissimis in lo-
cis ad bella v. c. gerenda, peregrinationes instituendas,
mercaturam exercendam, captivos redimendos, & id ge-
nus alias causas indigeamus, & verò istæ non sine maximis
periculis, immensisque sumptibus, interesse ipsum pro ratio-
ne locorum facile sic exæquaturis, realiter transportari que-
ant, hinc usu ac necessitate, uti dictum, exigente, §. 2. *Inst. de*
7. N. G. & C. humanâ sagacitate est inventum, cuius ope,
seu invisibili vehiculo, uti ingenuosè loquitur *Raph. de Terr.*
Disp. 1. q. 3. n. 2. Camplores absque actuali transportatio-
ne pecuniam in loca quæque remotissima summâ securitate,
seclusis & illulis omnibus, quæ aliàs pertimescenda essent,
periculis, virtualiter transferre possunt. 5. Occasio autem
hujus inventi gentibus maximè conducibilis, quemadmo-
dum *Sigism. Scaccia* §. 1. q. 6. §. 11. *de commerc. p. 129. cum D.*
Thom. Card. Cajetan. Job. à Capistr. Mich. Sal. & aliis ex Arist.
1. pol. 6. colligit, fortassis hinc orta: accidit, aliquem habuif-
se numismata, quæ in propria patria seu regione appetiari
non poterant, eò, quod non erant numismata suæ, sed alte-
rius regionis, puta Saracenorum: evenit postea, quòd Sara-
ceni venerint in ejus patriam, & illa numismata pro vili pre-
tio acceperint, eaque ad suam patriam portarint, ubi majo-
ri pretio æstimabantur, quia quodlibet numisma pluris va-
let, per se loquendo, in propria regione. Inde casus iste do-
cuit initium cambiendi: facile enim populi perspexerunt, per
modum cambiendi commodum sibi posse oriri, quò negle-
ctò, damnnum antea sentiebant: ibi etenim hominum vires &
ingenia maximè exercentur, ubi lucrum reperitur *Scacc. d. 1.*
n. 13. 6. Quod inventum rebus publicis, uti in propatulo est, 6.

undi-

- undiquaque utilissimum postmodum longè lateque exten-
sum, à srogalis approbatum, & per jura ac consuetudines cor-
roboratū fuit, quæ causa *propinqua* ejus meritò dici possunt.
7. *Finis* itidem duplex est, primarius & secundarius. 8. *Prima-
rius* respicit utilitatem publicam uberrimè ex cambio pro-
fluentem: efficit enim, ut pecuniæ alibi reipublicæ commodo
interviendæ sine periculo & modicis impensis ad quæcun-
que loca transferri queant, aliàs magno cum incommodo,
& ingenti cum periculo, propter varios fortunæ casus, nec
minoribus sæpè cum expensis, propter locorum distantiam,
transportandæ. *Lup. de usur. comment. 3. §. 2. n. 14.* E con-
trario, cambiis sublatis, magna ex parte intermitterentur
negotiationes: sumtus in trajiciendis pecuniis & nummis
idoneis conquirendis multiplicarentur: difficilior esset
evectio & investio pecuniarum in loca, quibus illis ege-
mus: incommodiores redderentur peregrinationes in ali-
as provincias: subeunda essent maris & itinerum peri-
cula, deessent sæpè exercitibus stipendia, aliæque incommo-
da sequerentur in perniciem Reipublicæ, quemadmodum
elegantissimè *Leotardus ex Salante, Scortia, Calderino* & alii
9. notat *quest. cit. 25. n. 44. 9. Secundarius* intendit utilitatem pri-
vatam, quæ est cõlybus seu lucrum honestum & modera-
tum, vulgò *Lagium* appellatum, quod campfores propter pe-
ricula, labores, sollicitudines & impensas, remunerationis
10. locò, unde se suosque sustentare queant, accipiunt. 10. Nec
certè hujusmodi compensatio iis invidenda est, quandoqui-
dem non ratione vel distantioris loci, vel quantitatis pecu-
niæ campæ, vel temporis, vel indigentia, vel abundantia, sed
ratione onerum & incommodorum ob causam cambii su-
sceptorum & causatorum, imò ratione interesse cessantis, ea
æstimatur. *Raph. de Turr. disp. 1. q. 13. n. 35. & Matth. Bode disp. de
camb. th. 10. lit. B. C. D. & sic justissimè exigitur. l. si in Asia 12.
pr. ff. depos. l. qui Roma 122. §. Callimachus 1. ff. de V. O. Nemo
enim tam stolidus erit, ut se, suam industriam, propriam-
que pecuniam in aliorum utilitatem, suamque ipsius da-
mnum*

num gratis exponat. Archiep. Florent. tr. de usur. c. 2. §. 47.
n. 77. & §. 48. u. 78. tom. 7. Hier. de Luc. d. tr. u. 21. tom. 6. p. 1.

CAP. VI.

DE

Materia & Forma.

SUMMARI A.

1. Continuatio una cum internarum causarum numeratione.
2. Materia quatuorplex sit.
3. Subiectum Cambii quod & quatuorplex sit.
4. Describitur Remittens:
5. Remissa:
6. Tractans:
7. Tracta:
8. Presentans:
9. Acceptorans.
10. Questio.
11. Respondetur per distinctionem.
12. Datur responsio ratio.
13. Alia questio.
14. Objectum cambii quod sit.
15. Forme qualitas & quantitas.
16. Substantialis que sit.
17. Subiicitur ratio.
18. Que accidentalis.
19. Questio.
20. Formula literarum cambialium.

FXternarum tractationem causarum iure successionis
 excipiunt internæ, quas etiam, quoad fieri potest, brevis-
 simè percurreremus. Absolvuntur autem ista materia & forma.
 2. Materia duplex est, in qua, seu subiectum, & circa quam,
 seu objectum. 3. Subiectum sunt personæ contrahentes cam-
 bia, ad quorum perfectionem vulgò Dd. duas, eorum ratem
 consumationem, modò tres, quando una contrahentium ad
 locum

D

locum destinatae solutionis comparere aut nolit, aut neque-
at: modò quatuor, cum neutra locum solutioni destinatum
adire possit, vel nolit, requiruntur. *Dn. Hahn. in obs. ad parat.*
Wesemb. tit. de praesc. verb. p. 1091. Dn. Marq. tr. de jur. mercat.
lib. 2. c. 12. th. 30. Dn. Vogt. tr. anal. de camb. th. 5. pr. p. 65. & th.
7. lit. C. p. 98. Fr. Stypm. de jur. marit. & naut. P. 4. c. 8. n. 21. &
4. *seqq.* 4. Prima dicitur *Remittens*, pecuniam in loco quodam
ad cambium dans, ut transcribatur. & alio in loco recipia-
tur, die jenige Person so einem Kauffman Geld auff Wechsel giebt/
anders wo selbiges wieder zu empfangen. Ita dicta, quod remit-
tat eandem summam in locum distitum ab eo, in quo dedit,
plerumque exigendam per eum, cui sit remissa. *Vogt. d. tr. th.*
5. *in pr.* 5. *Remissa* autem nihil est aliud, quam pecuniae cam-
bio datae transcribendae summa, cujus exactio praesenta-
tori mandatur. 6. Secunda vocatur *Tractans*, *Trasans* vel
Trahens, quae cambio pecuniam in loco quodam à Remit-
tente accipit, eam in loco & tempore convento per tractam
restituenda, welche an einem Ort Geld auffnimbt / solches anders
7. wo wieder lieffern zulassen. 7. Est autem *Tracta* seu *Tratta*
(quae etiam per l. 1. & l. si *trajectitia* 9. ff. de *navi. fan. Traje-*
ctitia congruè dici poterit) ea pecuniae quantitas, quae solvi
mandatur illi, qui literas praesentat, per eum, cui praesentan-
8. tur. *Vogt. d. th. s. lit. C. circ. fin.* 8. Tertia est *Prasentans*,
ad quam remissa in loco destinatae solutionis dirigitur, ita
appellata à munere, quod literas cambii praesentare debeat,
ut acceptentur, auff welche der Wechselbrieff gerichtet / und sol-
9. chen dem Acceptanten fürzeigen muß. 9. Quarta nominatur
Acceptans, & est illa, ad quam tracta dirigitur, hinc nomen
sortita, quod à tractante, literas ut acceptet, mandari vel ro-
gari soleat, welche den Wechselbrieff in loco destinatae solutio-
10. nis soll annehmen / und das Geld auszahlen. *Hahn. d. loc.*
10. Circa subiectum hic sciscitari lubet: An quilibet, Ma-
gistratus pariter atque subditus, tam Clericus, quam laicus,
Nobilis aequè, ac ignobilis, non minus Doctor, quam Rusti-
cus artem cambiorum exercere queant? Ita generaliter
sentire

sentire videtur *Gl. in l. quedam sunt 9. §. nummularios 2. ff. de edend. Odostr. ad d. l. in pr. Guid. Pap. decis. gratianop. g. 285. pag. 378. & Rapp. de Turr. disp. 1. q. 14. §. 17. & seqq. ii. Equi- 11.*
dem de lubditis, laicis & ignobilibus aliàs ad contrahendum idoneis, & propter publicas constitutas bancas non prohibitis, regulariter & certò id affirmare tantùm mallem: Quoad ceteros, Magistratus sc: Clericos, Nobiles & Doctores cum *Sigism. Scaccia ex §. 1. q. 7. p. 2. ampl. ii. n. 7. p. 244. d. cr.* distinguens inter cambium *oeconomicum*, quod fit ad sustentandum se, suamque domum: *politicum*, quod celebratur, ut publicis populi necessitatibus succurratur: & *lucrativum*: quod solius lucri captandi causã exercetur: priora duo istis de personis asserendo, posterius negando. 12. Ut ne enim 12.
(1.) Magistratus temerè cambia tractent, jubet eorum Majestas, honorumque sublimitas, quàm faciliè sic diminuere, munerisque sui demandati, lucri cupidine occæcati, immemores, scandalum damnumque subiectis suis dare possent acerbissimum. Hinc etiam *Arist. 3. pol. 3.* scribit: Legem fuisse apud Thebanos, ut nemo idoneus esset ad honores reipubl. suscipiendos, nisi, qui decem annos à mercatura destitisset. *Tiraq. de Nob. c. 33. n. 20. Mynsing. 6. obs. 54.* Clericis (2.) omnis omninò mercatura est interdicta, *cap. fornicari 10. dist. 88.* nemo enim militans Christo negotiis secularibus se implicat. 2. *Timoth. 2. v. 4.* Nec (3.) Nobilibus (quibus etiam annueramus Doctores, utpotè qui iisdem cum Nobilibus gaudent privilegiis, ceu evidens est ex *Ord. Polit. anno 1577. tit. 12. & Ord. Camer. p. 1. c. 43.*) arti huic studere licet, propter *l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat. nisi velint nobilitati suæ aliquid derogari. l. cohortalis 12. §. sed etiam 3. C. de heretal. lib. 12. l. humilem 7. C. de incest. nupr. l. senatores 1. C. de natural. lib. 13.* Queritur ulterius: An etiam mulieres negotiationem campforiam possint instituere? Aff. contra *l. femina 12. ff. de edend.* quia parvi refert, quis sit institutor, masculus, an femina &c. *l. sed & 7. §. parvi 1. ff. de inst. act. l. peticulis 32. §. idem 4. de aur. & arg. leg. cui responso suffragatur*

D 2

& Rota

14. & *Rota Gen. decis. 28. n. 4.* & mos nullibi non receptus. 14. Ob-
jectum cambii sunt pecuniæ & numismata omnis g-neris,
quorum tutò & sine periculo ac molestiis in hoc loco certa
quantitas solvitur, & eadem in alio loco restituitur *Consul-*
riff. Dn. Præses d. Ex. 25. th. 42. p. 913. vid. *Dn. Vogt.* latissimè
15. hâc de re agentem *th. 6. per tot. d. tr.* 15. Denique de forma,
quemvis actum plurimùm in juvante l. 1. & 2. *C. quand. provoc.*
non est necess. c. cum dilecta 22. de rescript. *Roland. conf. 30. n. 2.*
lib. 3. conf. 60. n. 24. lib. 4. etiam aliquid addituri, eam dividi-
16. mus in substantialem & accidentalem. 16. *Substantiali,* quæ
dat esse rei, l. *cum hi 8. §. si prætor 17. ff. de transact. l. qui per*
salutem 33. ff. de jurejur. *Everb. in top. legal. loc. 53.* *Card. Tusch.*
pract. concl. tom. 3. lit. F. concl. 413. n. 2. aptissimè adscribitur
17. pecuniæ cum pecuniâ in diversis locis commutatio. 17. De essentia
enim cambii est, pecuniæ cum pecuniâ permutatio, quæ
differentiam quasi specificam inter hoc, & permutationem
generaliter sumtam constituit: est etiam de essentia ejus-
dem, in diversis solvi locis, teste *Card. Cajer. & Mich. Sal. ad*
18. *D. Thom. 2. 2. q. 78.* 18. *Accidentalem* formam constituunt li-
teræ cambiales, ad locum solutionis, cum duplici summæ
solvendæ expressione, directæ, appositò die, mense & loco,
19. quò datæ, quoque solvendæ sunt. 19. Meritò hic quæritur:
an expressio diei, mensis & loci, quò fuère scriptæ, sit de ef-
sentia cambii? placet negativa: literæ enim saltem rei, ut-
cunque, sive legitimè, sive illegitimè gestæ, probationem
continent. l. *cum te 5. C. de transact.* Hinc etiam Acceptans
eas, propter omissionem diei solutionem recusare nequit.
20. *Sypmann. d. loc. n. 49.* 20. Literæ autem cambiales in ver-
nacula nostra communiter, mutatis mutandis, ita formæ-
ri solent;

Laus Deo Anno 1662. Adj 24. Septembr.

in Braunschweig Ehr. 1000.

In letziger Leipziger Michaelis Mess beltebe dem Herrn
diesen meinen (Sola, prima, secunda &c.) Wechselbrief von
tausend

tausend Reichschaler (*avisia*, oder *Auffichte*) (*que verba ad momentum & in continenti exposcunt solutionem*) (*avisio*, oder *14. Tage Nachsichte*) an Herrn N. N. oder Commiss. zu bezahlen / den Werth alhier bin ich vergüniget / thut gute Zahlung / und stellers auff Rechnung (*conto*) laut *avisio*. (*Verba hæc se revocant ad literas intimationis, que præter Cambiales ad eum, qui solvere debet, cum mandato, vel petito, ut cambii literas oblatur, & secundùm eas pecuniam exacturò satisfaciat, mitti solent.*) Gott empfohlen.

Des Herrn
dienstw.

N. N.

CAP. VII.

De
Effectu.

S U M M A R I A.

Continuatio.

2. Effectus dignitas & necessitas.

3. *Varia de cambii actione sententia.*

4. *Quæ, ut verè, apprehendi debeat.*

5. *Ratio.*

6. *Dicta actio contra quem, quomodo, & coram quo detur.*

Inspèctis hætenùs causis ex cambii contractu proflienti-
bus, ad effectum, utpotè qui ex iis colligi solet atque co-
gnosci. *l. verum 39. ff. de furi. l. si cum 2. §. Titio 7. l. & generaliter*
3. ff. de donat. Andr. Gail. 2. obs. 1. n. 9. erit nunc progredien-
dum. 2. Effectus enim principaliter semper attenditur, & in
omnibus consideratur. *l. cum servus 104. ff. de V. O. Surdus con-*
fl. 380. n. 34. Oldradus conf. 150. n. 5. ejusque genus diligenter
est investigandum. *Gail. 1. obs. 61. & Dd. in l. edita 3. C. de edend.*
Et quamvis hodiè, cujusmodi actio intentetur, ita subtiliter

D 3

non

- non inquiratur. *c. dilecti filii 6. x. de judic. subesse tamen omnino justum concludendi medium debet. c. dilecti filii 3. x. de libell. oblat. 3.* Equè autem graviter Doctores de hujus actionis, ac primùm de contractus nomine se macerant inveni-endo. Baldus enim *Conf. 348. in pr. & in rubr. C. de const. pec. n. 12.* cui subscribit *Nic. de Passer. lib. 3. de script. priv. q. 5. n. 2. tit. de lit. camb.* putat vocari posse actionem mandati. *Job. Bapt. Cavat. tr. de camb. c. de action. ferè in fin. Raph. de Turr. & Dn. Vogt. th. 9. lit. B. d. tr.* autumant, ex cambio nasci actionem, more aliorum contractuum, ejusdem nominis, nempe actionem ex cambio. Alii, actionem negotiorum gestorum, alii aliam
4. oriri, existimant. 4. Quicquid sit, ego cum *Dn. Preside,* Jcto nunquam satis laudato, ex *d. Ex. 25. th. 44. Dn. Job. Marquardo lib. 2. c. 12. th. 62. de jur. mercat. & Rutger. Rulando,* idem etiam in Camera Imp. obtinere, asserente, actionem contractui huic similem atque cognominem, actionem sc. præscriptis verbis statuo. 5. Quam sententiam ipsi Jcti Ulpianus & Africanus approbare, imò amplecti atque suadere videntur: quoties enim incertum est, quò actionis genere uti nos oporteat, tutius præscriptis verbis agi, dicunt, *l. si gratuitam 17. & l. Titius 24. ff. de præscr. verb.* Quanquam non omnino inficias iverim, pro varietate circumstantiarum alias etiam competere actiones, v.g. negotiorum gestorum, mandati &c.
6. 6. Et hæc actio vel contra Transantem, seu eum, qui pecuniam à Remittente accepit, & alio in loco restituere promisit, effectum non secutò, vel contra Acceptantem, seu eum, qui tractam ad se directam suscepit solvendam, id tamen minùs præstat, cum executione parata & celeberrima datur, *Berous conf. 33. n. 12. lib. 3. Nic. de Passer. lib. 3. q. 6. n. 15. d. tr.* Habent enim cambia juxta Bartolum & alios Doctores vim sententia rei judicatae; imò majorem, quàm ipsa sententia; quia in hisce post tres dies, postquam fuere recognita, fieri potest executio. *Dn. Marg. lib. 2. c. 12. n. 61. d. tr.* in sententia verò quadrimestres dantur induciæ, *l. sancimus 3. C. de usur. rei judic. Job. Crott. conf. 190. n. 25. 26. 27.* vel coram Consule & Con-

Conſiliariis ad hunc finem electis, & à Magiſtratu confirma-
tis, quemadmodum Genuæ morem hunc vigere legimus
apud Scacc. §. 2. gl. 4. n. 8. pag. 333. d. tr. vel in proprio mer-
catorum foro coram Commiſſariis ac Deputatis ſtyli mer-
cantilis gnaris, ad litem dirimendam à mercatoribus conſti-
tutis, id quod Francofurti obtinere, refert Dn. Vogt. th. 9. lit.
B. pag. 207. d. tr. Plura qui deſiderat, auctores paſſim citatos
diffuſius hâc de materia ſcribentes adeat.

CAP. IIX. & Ull.

Illuſtriores circa cambia occurrentes caſus ac quaſtiones exhibens.

SUMMARI A.

1. Continuatio.
2. An reſſeris collybiſticiſ caſu in itinere amiſſis, pecunia in iis
contenta poſſit repeti?
3. An exceptio non numerata pecunia inter campſores locum
habeat?
4. An exceptio Ordinis?
5. Si literæ cambi fuerint corrupta, ad quem damnum re-
dundet?
6. An procurator generaliter & ſub libera conſtitutus ſine ſpe-
ciali mandato literas cambiales acceptare ac ſolvere
poſſit?
7. Epilogus.

Postquàm diſcurſus noſter, ſervatâ methodô præſcriptâ, i
bono cum D E O, ad umbilicum perductus eſt, coronidis
quaſi locô quaſtiones nonnullas cognitu æquè ſubtiles, ac
uſu proficuas, præſenti materiæ haud parùm inſervientes,
quâ poſſum brevitate, non quâ debeo prolixitate annexurus,
ordiar à tritiſſima illâ: 2. An literis collybiſticiſ fortuito in
itinere amiſſis, pecunia in iis tranſcripta à Campſore poſſit
repeti? &c. quod ſic: (niſi Traſſans earum malit novationem
facere. l. chirographis § 7. pr. ff. de adminiſtr. & peric. tut.) Literæ
enim

enim priusquam oblata fuerint, nullius sunt, nec ullum pariunt effectum. *l. si epistolam 65. ff. de A. R. D. l. res 59. eod.* Dummodo ab auerente sufficiens praestetur cautio de indemnitate transcribenti, ne, iis à quopiam repertis, & solutione in loco transcripto, antequam secundae conscribantur, praematurè facta, campsor eandem pecuniam bis solvere cogatur. *Vid. Gab. 2. obs. 37. n. 8. Joseph. Mascad. concl. 999. n. 3. Ant. de Gamm. decis. Lusitan. 336. n. 1. Petr. de Beneventand. decis. Bonon. 58.* (2.) Q. An exceptio non numeratae pecuniae inter campsores opponi queat? E. g. Titius petit à Sempronio literas cambii Hamburgum transferri, quarum virtute Mævio, creditori suo, mille thaleri, solvantur: Titius hoc expedit insimulque correspondenti suo, Cajus, intimatur, ut, si litera transcriptionis per Mævium sibi exhibeantur, eas acceptans solvat: Cajus etiam praesentatas acceptat, & solutionem demandatam promittit: Antequam verò summa in literis contenta Mævio solvatur, Titius bancam ruptam facit: Sempronius hoc protinus Cajo perscribit, petens, ne datas literas à Mævio acceptet, nedum solvat, cum earum valor nondum sibi solutus sit: quoniam autem acceptatio jam tum facta est, Mævius die determinatò Cajum adit, rogatque solutionem promissam: Cajus opponit Sempronii loco exceptionem non numeratae pecuniae, denegatque Mævio solutionem, Q. quid juris? R. quod exceptio hæc locum hic non inveniatur. Ratio: quia Acceptans Transantis loco ad obligationem se obstringit, ex pura enim acceptatione, juxta stylum mercantilem, quis debitor constituitur. *Rot. Gen. decis. 168. n. 2.* Frustrà autem opinaris exceptione non numeratae pecuniae te esse munitum, quando (ut fateris) in ejus vicem, qui erat obligatus, substitueris te debitorem. *l. frustra à 6. C. de non num. pecun.* Idque perspicue satis *Statut. Hamburg. part. 2. tit. 7. art. 1.* verbis confirmat lequentibus: *Wer einen Wechselbrief acceptiret/der wird debitor, oder selbst Schuldener/ so wolsals der das Geld selbst auffgenommen und empfangen hat.* Et communissimum illud mercatorum: *Qui acceptat,*

ceptat, solvat, *Ver acceptiret* / *miss. sahlen. Add. Celeberr. Dn. Praeses d. Ex. 25. th. 45. Rot. Gen. Decis. lib. 3. q. 3. n. 58. & seqq. de priv. script. Job. Zanger. in. de except. part. 3. c. 14. n. 54. Fr. Strym. part. 4. c. 8. n. 112. cum seqq. de jur. marit. & naut. Emanuel Costa in repetit. l. si ex cautione 3. C. de non num. pec. Q. (3.) An etiam 4: exceptio excussionis inter camplores locum habeat? Negativa uti verior, ita etiam receptior est propter §. 1. cap. 3. Nov. 4. de fidejuss. & mandat. ut litigandi occasio, à qua mercatores penitus abhorrent, praedatur, arg. l. 1. ff. de usurp. & usu 49. & fides, quam homines promissionibus mercatorum habent praecipuam, conservetur. *Rob. Marini. spec. aur. part. 6. memb. non. de except. n. 40. in fin.* Add. pluries laudatus *Dn. Praeses d. Ex. & th. Nicol. Boer. decis. 221. n. 14. Jacob. Menoch. lib. 1. de arbit. jud. quast. 510. n. 9. & 10. Strym. d. loc. n. 119. Ant. Thesaur. decis. 52. & decis. 66. n. 7. Q. (4.) Si literæ cambii fuerint 5: vitiatæ, quis damnum sentire debeat? E. g. Titius Sempronio dat 1000. thaleros cambio, transcribendos Lipsiam, ibique Mævio, creditori suo restituendos: Sempronius conscribit literas hujus tenoris, ut dicta summa Mævio per Cajum reddatur, easque Titio, ut moris est, tradit apertas: Titius acceptas Mævio mittit Lipsiam: Mævius autem eas vitiat, mutando numerum 1. in 2. quò factò, Cajum adit exigens 2000. locò 1000. Cajus etiam petitam solvit summam, an igitur ad Titium, quòd dolosum pecuniæ exigendæ praefecerit virum, an ad Sempronium, quòd non crassius & articulatiùs literas scripserit, an ad Cajum, quòd transcriptà summà amplius solverit, damnum spectabit? Dubium hoc decidi potest per distinctionem: aut enim vitium literarum adeò patens & clarum est, ut à quovis perspicaci camplore facile possit discerni, & tunc damnum merito Cajum penes manebit: est enim in culpa pinguioris hujus solutionis: æquius autem est, damnum culpà tuà tibi factum apud te manere, quam ad alium transferri, l. exceptiones 67. ff. de fidejuss. & mandat. cum ex suà culpa damnum sentiens non intelligatur illud sentire. l. quod quis 207. ff. de R. 7. aut verò ita latens est vitium,**

non Auctus an. Enomol di

vitium, ut vel à perspicacissimo dignosci nequeat, & tunc li-
 beratur Cajus, quia nulla omnino culpa ei imputari potest.
Angel. in cons. 370. n. 1. & 2. Petr. Follerius in addit. ad spec. aur.
Marant. part. 6. de test. product. n. 54. pag. 573. Devolvitur igitur
 dictum damnum ad Titium & Sempronium, utpotè quo-
 rum culpæ meritò adscribitur, quia in officiis suis vigilantio-
 res esse, *l. divus Marcus 14. in fin. de off. Præs. & circa opera-*
tionem se negligenter non habere debuerunt. l. si duas 6. §.
6. *Utique 4 in fin. ff. de excusat.* Ultimò Q. An institor negotiis
 mercantilibus generaliter ac indefinitè præpositus, (alium
 enim ne quidem pro honore literarum, nisi acceptatione ab eo, ad
 quem Tratta fuit directâ, recusarâ, & protestu à Presentante desuper
 factò, acceptare non posse, in confesso omnium est) absque mandato
 speciali literas cambi acceptare, easque expedire queat?
 Quæstionem hanc Rota Genuen. negativè decidit, videlicet
 nunquam institori tacitè permissum intelligi cambium, sed
 expressò ad hoc mandatò opus esse, ut exceptio hoc casu
 promtuaria sit, dominum talem ac tantam potestatem man-
 datario non dedisse. *Decis. 14. n. 88.* Quam etiam approbant
 mercatores Amstelodami, Colonienfes & Francofurtenses,
 quorum postremi elegantem pariter atque stringentem
 addiderunt rationem: *Das es irraisonabel und aller Ver-*
nunft zu wider / daß ein Diener oder Jung Mächt und Gewalt
über seines Herrn Mittel und fortun haben / und gleichsam ein
Meister und Bevollmächtigter Herr über dieselbe seyn / ja seinem
Herrn durch dergleichen acceptation / den Verlust des jensigen
über den Hals ziehen solle. *Add. Dn. Vogt. tr. de camb. lib. 7. pag.*
106. 107. & 108. Andr. Scheffer. part. 3. quest. juris practicabil.
7. *38 n. 76.* Restarent nunc Recambia tractanda: superessent
 etiam aliæ jucunditate ac utilitate hæc minores discutiendæ
 quæstiones: verum enim verò cum brevioribus spatiis
 ambulare in Lyceò jubeat *Scalig. Ex. 256.* ex infinitis pauca
 hæc attrigisse sufficiat. Tu verò, benevole Lector, laborem
 hunc æqui bonique consule, olim digniora, Deò pro-
 pitio, expectatorus: Cui sit laus & gloria.
 in sempiterna secula, Amen.

Ad Peritissimum ac Eruditissimum
DN. DAVIDEM FREIESLEBEN

de CAMBIIIS publicè disputantem, Amicum & Fautorem suum per dilectum.



Eu regnum VITÆ, nostra cardoq̄, SALUTIS

Ex VERO constat, salvificaq̄, FIDÈ:

Sic regnum MUNDI pariter cardoq̄, DECORIS

EX RECTO constat, verificaq̄, FIDÈ.

Hoc docet & præfens DISCURSUS CAMBII: in isto

Monstratur RECTUM; candidiorq̄, FIDÈS.

Non poterit MUNDUS sine tali sistere RECTO,

CANDOREM atq̄, FIDEM: SOLA FIDES valet hic.

Hæc igitur doctis thesibus dum tradis, AMICE;

Gratulor, ac opera VERA, FIDEM QUE precor.

Qui SOLUS VERUS, RECTUS DOMINUS QUE FIDELIS,

Ille suum VERUM, præstet ubiq̄, TIBI.

Benevolentiz testandæ causâ faciebat

Christianus Chemnitius D.

P. P. Pastor & Superintendens.

Cambia doctiloquò proponis fortiter ore,

E medio Astrea, trita subinde, foro.

Auguror, & solidum studium pensabitur æqua.

Lance: hinc manat honor laudis & omne decus.

Præstantisq̄, Dn. Respondenti, Amico meo pl. dilecto, ex

animo gratulor, omnemq̄, prosperitatem adprecor

Christoph. Philip. Richter D.

Com. P. C. & Facult. Jurid. Ordinarius.

E 2

Per

*P*er mare, per terras, quæ currunt, cambia tractas:
Proveniat locuples collybus inde, precor!

Eximio Dn. Freisleben, eruditæ dissertationis auctori
de profectibus egregiis gratulatur

Georgius Adamus Strube D.

FREISLEBI dum disquiris quid CAMBIA dicant,
Nostri Doctores, meritò Tibi laudis honorem.
Attribuo. Pergas, majorem jure reportes.

Ita ominatur

Ernestus Fridericus Schröter

Jctus Hereditarius in **Wickerstett**
& Prof. Publicus.

Divitiis inbiens dat Cambia Campsor amico,
Cambis Diva Ibemis det Tibi larga, precor.

Ita Clarissimo Dn. Freisleben J. U. C. Amico meo
percharo de docto specimine ex animo
gratulor

Johannes Christophorus

Salzner J. U. D. Prof. Publ. Ordinarius.

ITa est, Ei tantùm flüunt feliciter
conamina laude digna maxima, cui
comites, labor tenax, studium fervens, simul
& Suada dicendi donis ritè eminens.

E 3

Excel-

Excellis his, FREISLEBE, magnis dotibus,
ostendis id claris notis, dum CAMBII
natura quæ sit, publico scripto explicas.

*Conatus Tuos egregios,
in studiis adfuitatem, faustos progressus, decoros profectus
commendat FELICITER! adprecatus*

Guernerus Rolfinck

Phil. & Med. D. P. P.

Cambia dum doctâ permutas providus arte,
Ceu hoc demonstrant Tua Cambia, sænora fructus
Denegat inde Tibi nemo, mox arripe palmam.

Pereximio ac Præstantissimo Dn. Freiesleben J. U. C.
ac Amico suo sincero pauculis hisce
gratulari voluit

Georgius Hoejing

J. U. Doctorandus.

Zem Zynthius die Brust aus ädlerm Thoon gedreher
Und Flammen eingebaucht/ die Jupiter sonst zeugt/
Dem wird der blanke Winde von keiner Last gebeugt/
Von keiner Lust behöret/ Wo Aretine stehet/
Da setzt Er Herz und Fuß/ des Reides Kläfferet
Ist ihm/ was Lunen ist Eycisten Nacht-Geschret.
Wird Beispiel hier begehret? Aßtræa wird Euch nennen/
Euch/ ihr/ und meinen Freund: als ihr kaum angeflammen/
Dringt ihr mit Macht dahin/ Woher ihr seit geklammert/
Und heute sieht man Euch in vollem Eifer brennen.

E 3

Wir

Wir denken dich bei uns: Ist legt ihr Wechsel ein/
Eh Zerean wieder kömmt/ wird Themis Euer seyn.

In aller Eil/schriebe seinem Wehrige/
ehrtesten diese

M. Georg Göze/ R. G. P.
der Phil. Fac. Adj.

Κτιθῆναι δομένῳ σὺ θέμισι ναὶ ἔποτε ψαδῆ
Πίστε[⊙] ὡς δέικνυ-σῆμα[⊙] κατὰ τέης.
Τένομα εἰς αἰῶνα. τεὸν τηρήσεται ἐκείθεν.
Ὡς τε τέφ[⊙] κεφαλή εἰς τάχ[⊙] εὔτε χαρεῖ.

Votiva acclamationis ergo Praeximio & Clarè docto
Dn. Respondenti, Amico suo in nimo
ἀντοχ. adponebat

M. Marcus Timæus.

Sic me Phoebus amet, colende Faunor,
Longè commodiore de metallò
Longè nobiliore de metallò
Quem pol dextera condidit Promethei,
Ut Te carmine copiosiori,
Et pro conditione belliori;
Ut Te carmine liberatori,
Et pro conditione lectiori,
De Te plura etenim mihi referre,
Cantarem meritò, lubenter; ò si
Per versùs pariter disertus essem,

Una

Una ac Pieris! Hoc mihi maligna
Cum fors irvideat, dabo potenti:
Si respexerit hic, Tibi sit unde
Nomen, pondus & omen illius, qui
Sanguis, congeries Tibi bonorum
Quenam, corporis atque mentis alma
Quae dotes, simul & quid ex Platonis
Ac Pauli sapientiae libellis
Argutis animò sagaciori
Haussisti, seriem locabit aptam,
Inflabit lituos potentiores,
Certabit melioribus Phaleucis,
Magnò plurima conferet paratu
Sat dotes memorare singulares.
Hoc verò taceo, canens Phaleucos
Paucos, ob breviusculam papyrum,
Et viles, quoniam disertiores
Fœcundi calices parare me non
Cœperunt: velut usque dura cuncta
Expectant sua grata dona; nulli
Merces subtrahitur; boni triumpho
Certanti redeunt; pari modò Te,
Discentem graphiceq; differentem,
Imprimis reparare Cambiorum
Raram materiam gravissimamq;

Dum

*Dum tendis, bona certa permanebunt;
Ingens scœnus erit; diurna merces,
Qua per Cambiamox Tibi redibit,
Docta strennuitate militantem.
Ornabit quoque debet coronâ
Certò DIVa TheMista Te LVbenter.*

Sic Clarissimo Dn. Fretesleben/ Fautori suo honoratissimo, & Sympatriotæ suavissimo gratulari debuit

Jeremias Meierus Eisen-
bergensis Osterlando-Misnicus.

FINIS.




ULB Halle
005 132 673


3



V077







No. 37.
Mab 2, 29
6

S ACADEMICUS
De
MA DIFFICILLI-
AQUE
IORUM
TERIA,

Divinâ Clementiâ,
atque
rum Concilii indulgentiâ,
PRÆSIDIO
LISSIMI, CONSULTISSIMI
. ADAMI Struven/
Cti, ac Antecessoris celebratissimi,
ssimi, Curia Provincialis, ut & Scabi-
imi, Facultatis Juridicæ Senioris
erentissimi,
s atq; Patroni sui optimi,
maximi,
ter Salam LL. nutrice
iem Septembr.
orisque confvetis,
ditorum censura expositus
â
eben/ Eisenberg. Osterlando,
A. & R.

JENÆ,
AMUELI KREBSII.
M DC LXII,

